

DECISIO VII.

Adversus Hæredes Marchionis Galgani Bichii Viri prædefuncti egit Marchionissa Hieronyma Lancia Coniux superstes pro lucro dotali commensurativè ad dotem sc. 25. mil. in sc. 6250. sibi debito ex censura Statui Urbis lib. 1. cap. 131. sed rejecta per Sententiam A. C. de Gentilibus provocavit ad Rotam absque tamen meliori fato, dum consulti per me hodie de more DD., An constet de credito Marchionissæ pro lucro dotali, Negativè responderunt.

Cum enim ex Capitulis Matrimonialibus expressè conventum comperitur, quod in omni casu restitutionis Dotis, Si habbia da restituire alla sudetta Signora Marchesa Girolama futura Sposa, d' a chi fara di raggione TUTTA INTIERA LA DOTE, per quam sanè conventionem cuicumque lucri deductioni renunciatum ambigi nequit, quia deductio Quarti nequaquam compati valet cum integritate Dotis restituendæ, ut rejecto Decio, & Natta in præcisâ terminis de veriori Sententia latè testantur Rolan. de lucr. dot. quest. 38. n. 3. & 9. Tiraquell. in leg. si unquam verb. totum n. 1. de revoc. donat. Thesaur. jun. quest. forens. lib. 2. cap. 91. n. 3. & per tot. Gratian. discept. forens. 274. n. 12. & 13. & discept. 609. n. 7. ibique Card. Ant. de Luc. n. 4. & 5. Merlin. Pignat. contr. cent. 1. cap. 29. n. 25. Gallerat. de renunc. cap. 97. n. 7. ubi quod illa verba totam, integram dotem exponuntur, hoc est, sine diminutione etiam lucri, Doned. eod. tract. cap. 17. n. 18. & 21. vol. 1. Gallus de fructibus disp. 22. art. 2. n. 66. & seqq. Conciol. ad Stat. Eugub. lib. 2. cap. 46. n. 30. Fenson. ad Stat. Urb. cap. 131. n. 64. Constant. ad idem Statut. annot. 33. art. 2. n. 203. Rota post eundem dec. 92. n. 8. & post Gilian. ad Statut. Perus. dec. 71. n. 2. & cor. Dunoz. jun. dec. 992. n. 12. & in rec. dec. 74. n. 1. & 2. p. 4. to. 2. Exemplo, ut habetur, dispositionis defuncti mandantis totam, & integram hæreditatem restitui, per quam quælibet deductio Trebellianicæ, vel Falcidicæ præpeditur ex notatis per Pe-regrin. de fideic. art. 3. n. 9. Crass. commun. Sent. in §. Trebellianica q. 8. n. 5. Mantica de coniect. ult. vol. lib. 7. tit. 12. n. 15. Menoch. lib. 4. præsumpt. 198. n. 14. Mangil. de imput. q. 115. n. 5. Molin. de primog. lib. 1. cap. 17. n. 19. Rot. dec. 578. n. 12. p. 18. rec.

Exinde profectò promanat Marchionissam Actricem intentionem suam neutiquam fundare posse in dispositione Statuti Urbis cap. 131. quod etsi lucrum deferat, illud tamen determinat, nisi expressè de Partium Contrahentium voluntate fuerit remissum, aut aliter conventum, prout sanè verificatur in præfenti ob prædictam conventionem de tota dote restituenda, quæ æquipollenter importat expressam remissionem, cum in iure expressum dicatur id etiam, quod ex univocis coniecturis, & præsumptionibus resistat, ut in puncto Statuti Urbis tradunt Fenson. ad cap. 131. n. 51. Constant. annot. 33. n. 160. Rot. cor. Mantica. dec. 36. per tot. & in subjecta materia sustinent Ruin. conf. 62. sub n. 8. lib. 1. & conf. 56. sub n. 1. lib. 5. Tiraquell. in l. si unquam verb. totum n. 1. Cod. de revoc. donat. Roland. de lucr. dot. q. 38. n. 14. Molin. de riuu nupt. lib. 3. q. 36. à n. 79. & seqq.

In nihilo officiente, quod præfata conventio de restituendo totam dotem importet remissionem lucri ex parte Viri, nihil autem inducat quoad Uxorem. Obiecto enim dupliciter respondetur. Primò, quod dum agitur de Statuto reciproco, Viro scilicet ac Uxori lucrum deferente, pactum remissivum afficiens unum ex Coniugibus, afficit quoque alterum Juris ministerio, juxta quod pacta nuptialia ratione vitandi inæqualitatem conjugalis foederis legibus inimicam censentur correfpectiva ob omni-

modam correlationem inter Coniuges vigentem, quæ non finit unum in lucrum, & alterum in damno versari posse, ut in specie firmat Fenson. ad Stat. Urb. d. cap. 131. n. 31. & seq. Card. de Luc. de donat. disc. 50. n. 4. & 6. & sub n. 17. & 18. Rota in Romana quartæ dotalis 16. Junii 1698. §. Ea autem, & seq. cor. cl. me. Card. Caprara confirmat. 14. Decembris 1699. §. Ita etiam, & §. Planè cum seqq. cor. cl. mem. Card. de la Tremoille impress. apud Balduc. re jud. tit. 4. dec. 25. Secunda autem responsio est, quod in casu nec deficiere videtur ipsius Uxoris renunciatio, quæ sufficienter elicitur ex eo, quod ipsa subscribendo Capitula Matrimonialia se plenissimè informatam asseruerit de omnibus, & singulis pactis ibidem contentis, deindeque deveniens ad stipulationem instrumenti dotalis medio juramento renunciaverit, omni Juris, Legum, & Statutorum auxilio, per quam renunciationem correspondentem etiam pacto de restituendo totam dotem, optimè infertur remissio lucri ex Statuto delati, ut in puncto firmat Jason. conf. 90. n. 7. & 8. lib. 3. Thesaur. quest. forens. lib. 2. qu. 91. n. 4. & seq. Carpan. ad Stat. Mediolan. cap. 298. n. 185. lib. 1. Rolan. de lucr. dot. q. 42. n. 1. & 8. Gratian. discept. 609. n. 17. & seq. Rot. post Gilian. ad Stat. Perus. dec. 71. n. 4. & in rec. dec. 174. n. 3. p. 4. to. 2.

Neque ideò magis proficue contendebatur huc usque firmata everri posse sub animadversione, quod pactum prædictum respectu saltem Mulieris non fuerit scienter appositum, & sub præfata cogitatione directa ad lucrum, sed potius per errorem, qualis semper præsumi debet pro declinando actu importante donationem, imò reverà ad alium finem positum fuisse, puta ad effectum cohibendi Virum, ne detrahere contenderet vel gabellam dotalem in Hetruria solvendam, vel creditum cambii sc. 6000. quæ idem Marchioni Lancia dotanti subministraverat pro extinguendis antiquis censibus impositis super Feudo Fabri in dotem proportionabiliter assignato, ut præcisè deposuisse videtur unus Testis nempe Crispinus.

Præmissis namque, quod inverisimiliter, & insubstenter obideretur efficacia pacti referri debere ad præpediendam Viro retentionem ex capite gabellæ dotalis, aut crediti cambialis, tum quia ex præscripto Statuti Senarum, æque ac particulari Contrahentium conventionem solvi debebat à Viro, ideoque si ex ea nulla competeat exceptio contra Uxorem, superfluum nimis mansisset pactum de restituendo integram dotem tanto verborum apparatu explicatum, quod nefas esset asserere, ut moment Bald. in rubr. Cod. de contrah. empt. q. 9. n. 9. Rot. dec. 85. n. 9. p. 19. n. 10. cor. bo. mem. Ansaldo; Et respectu cambii inverisimile satis fore Marchionem Bichium tam facile, & sine ulla respectivitate præjudicium parare voluisse, ne remediis sibi uti Creditori, qui sollicitus extiterat reportandi anteriorum Jurium cessionem, competentibus uteretur, & per subobscurum intellectum hypothecæ, seu retentionis Jus remittere ex notatis per Rot. dec. 11. n. 8. & 9. p. 17. rec. dec. 38. n. 3. ad ornat. Card. de Luc. l. 5. & in Perusina fideic. 9. Decbr. 1715. §. Id etiam cor. Eminent. Althan. Tum quia ass. interpretatio repugnantiam adhuc involveret, quia si lucrum dotalè retineri voluisset, non per hoc, quod vir feudum dotalè retinere nolisset pro suis creditis, verificaretur, quod totam, & integram dotem restitueret, quinimò semper diminutâ reddidisset, propter quod eo minus attendi debet, dum amplissimam verborum significatione non implet L. utrum in princ. ff. de petit. hæred. Rot. dec. 541. n. 14. par. 4. to. 3. & dec. 135. nu. 6. part. 10. rec. unde poni ad partes debuit ass. attestatio Crispini unici Testis, plures in dicto, & persona exceptiones patientis ratione additionis domui

domui Lancia, quæque conquassatur ab altera depositione Reverendissimi Episcopi Angeletti præcisè asserentis pactum prædictum de restituenda tota dote fuisse appositum pro effectu remittendi lucrum dotalè, quæ in omnem casum præferenda potius foret tamquam procedens sive à constituto in eminenti dignitate, sive à vocato in contestem ab eodem Crispino, sive demum ab instructo ex necessitate Officii, magisque verisimilia, & consentanea ad Juris determinationem deponente ex promiscuè animadversis per Felin. in cap. nostra n. 3. de Testibus Decian. conf. 448. n. 11. Calderon. resol. 42. n. 39. & 50. Tor. de pact. futur. success. lib. 3. cap. 13. num. 218. Palm. decif. 289. num. 19. Rot. decif. 1131. num. 4. cor. Seraph. decif. 714. num. 17. cor. Merlin. & in rec. decif. 289. nu. 10. & dec. 478. num. 11. p. 17.

Facile colligi poterat extraneos quoque manere terminos erroris, quem nec præsumere facit titulus donationis haud verificabilis in lucro non uni tantum Coniugi, sed reciproco à Statuto delato, quod ab incerto eventu præmorientiæ dependens æquè ad damnum, ac utriusque se habere poterat, & proinde donationem non sapit, ut in specie ponderant Rub. de valid. leg. cap. 61. n. 113. & seq. Constant. ad Stat. Urb. annot. 33. n. 11. Rot. cor. Mantica. dec. 21. nu. 7. & dec. 36. nu. 5. & in rec. decif. 225. nu. 10. p. 15. nec aliunde argui valet, dum res est de Statuto Urbis cuique noto, & de æquè facile percipi importantia verborum totalitatem restituendæ dotis exprimentium, quæ incompatibilis est cum retentione partis argum. Text. in l. in toto 113. ff. de regul. Jur. Rot. dec. 528. num. 7. cor. Pamphil. junctis certioratione, quam de omnibus pactis Marchionissa habuisse professâ est, & renunciatione omni Legum, & Statutorum auxilio; Et demum inspecto, quod si Vir in casu præmorientiæ Uxoris certo certius ratione d. pacti lucrari non valuisset quantum, hæc ipsamet indubitata, & inclinabilis renunciatio respectu Viri communis evasit quoad Uxorem, quæ prætextu affectati erroris non debet ad imparia judicari, ut præter supra congestis in §. In nihilo officiente firmat Mantica. de tacit. lib. 20. tit. 5. num. 1. & seqq. Et ita utraque &c.

REVERENDISS. P. D. FOSCARO

ROMANA CENSUS.

Veneris 19. Aprilis 1720.

ARGUMENTUM.

Filii naturales succedunt in fideicommissis ordinatis per verba naturalia in defectum legitimorum; imò & adulterini in fideicommissis transversalium, maxime interveniente legitimatione, quæ bona fide obtenta retrotrahitur in præjudicium creditorum, non obstante clausula sine præjudicio juris tertio quasi uti referibili ad habentes jus in successione, non verò ad Creditores.

SUMMARIUM.

1 Restitutio in integrum per sententiæ justitiam excluditur. Decisiones noviss. ad Castellum de Alimentis.

- 2 Cautela Angeli servanda est favore successoris in fideicommissis.
3 Filiatio rigorosè probanda cum agitur de successione in fideicommissis.
4 Filiatio ex adulterino coitu procedens impedit successionem in fideicommissis.
5 Maxime si hoc fuerit ordinatum pro Cippo domus quæ sunt verba civilia :: Contra n. 11.
6 Verba civilia in fideicommissis includunt solos legitimos.
7 Et excludunt naturales.
8 Præcipue natos ex damnato coitu.
9 Filiatio in alia decisione approbata est supponenda.
10 Filiationem ab authore admissam frustra successor impugnat.
11 Verba :: Descendentes per lineam masculinam dicuntur naturalia.
12 Eadem verba quomodo declarent præcedentia civilia.
13 Et quomodo illa extendant descendentiam universam.
14 Verba naturalia non requirunt nisi naturalem sanguinis propagationem & num. 25.
15 Naturales æquè ac legitimi hac sanguinis propagatione potiuntur.
16 Et in eadem vocatione includuntur.
17 Legitimi tamen naturalibus præferuntur qui per posterius succedunt.
18 Filiatio ex matre adulterina conclusè probanda.
19 Filiationis expressio alternativè à patre facta non includit certum generationis modum.
20 Immo illum reddit incertum.
21 Filiatio adulterina excluditur confessione auctoris qui naturalem nominavit.
22 Filiationi adulterinæ restitit juris præsumptio.
23 Spurii & adulterini sunt capaces successione in fideicommissis extraneorum & Collateralium, secus in illis Ascendentium.
24 Naturales propter legitimos arcentur à successione fideicommissi, non verò ad istius extinctionem inducendam.
25 Maxime si familie splendorem conservant.
26 Legitimitas amplissima omnem damnatæ procreationis maculam eluit.
27 Et tribuit capacitatem succedendi.
28 Legitimitas bona fide obtenta suffragatur ad omnes effectus. Amplia etiam in præjudicium Creditorum legitimantis ibidem.
29 Clausula :: sine præjudicio juris tertio quasi :: censetur in legitimatione adjecta ad præferenda tantum jura successione.

DECISIO VIII.

Fratres de Alibrandis Creditores cujusdam Censu in sorte seuorum mille anno 1654. impositi à quondam Octavio de Pierleonibus, cujus occasione immisionem expostularunt in vim utilis Salviani interdicti ad possessionem Domus positæ in Platea Sancti Salvatoris in Lauro, olim per eundem Octavium possessæ, ad removendum obstaculum cautelæ Angeli per Antonium Pierleonum de Magistris modernum Possessorem oppositæ vigore fideicommissi conventionalis anno 1547. super dicta Domo conditi, & per clar. mem. Cardinalem Capraram olim A. C. Locum tenentem in sententia definitiva contra alios legitimos Contradictores canonizati favore Petri ultimi de familia, obtenta à Signatura Justitiæ Commissione in gradu restitutionis in integrum, disputari obtinuerunt in hodierna Audientia Dubium :: An constaret de causis restitutionis in integrum, ita ut cautela Angeli esset moderanda :: sed comperta in sedula rationum disputatione



disponctione ejusdem sententiæ justitia, Domini mei negativè in omnibus respondendum esse censuerunt.

Decernit enim dicta sententia, Domum controversam subjectam esse fideicommissio conventionali anni 1547. Proindeque Petro de Pierleonibus ejusdem Octavii filio, & moderni Possessoris Auctori ad idem fideicommissum vocato debitam fuisse mantentionem, seu reintegrationem, & quatenus opus immisionem ad possessionem ejusdem Domus; Cumque nulla modo emerferit difficultas circa existantiam fideicommissi, certa que etiam detecta fuerit illius purificatio favore Petri, justè, hinc in dicta sententia, & concessa extitit immisio ex vulgata l. fin. Cod. de Edict. Div. Adrian. tollen. Et consequenter, extra circumstantiam injustitiæ, incompetens reddebatur remedium restitutionis in integrum Rota in Nullius, seu Terræ Pontiani Censur 15. Junii 1711. §. Illa namque coram Reverendissimo Decano, & in Melevitana Fideicommissorum 22. Junii 1714. §. Concurrentibus coram Eminentiissimo. Scoto. Indeque etiam servanda omninò erat cautela Angeli opposita per Antonium, cujus favore, Petro Authore jam defuncto, aperta fuerat fideicommissaria successio pro Cippo Dominus, & cæteris descendentibus ordinata Rota in recent. decis. 67. n. 1. & sequent. par. 19. in Bononien. Cautela Angeli 13. Maii 1707. §. quo posito coram clar. mem. Card. Priolo, & in Romana seu Florentina Censur 18. Junii 1708. §. Hinc Maria coram bo. mem. Anfaldo.

Nec ad obumbrandam purificationem fideicommissi ad commodum Petri, ob stare valuerunt geminæ exceptiones ab Actoribus oppositæ, quòd scilicet probata non appareat filiatio Petri respectu Octavii prætensi Patris per illas rigorosas probationum species, ad effectum obtinendi successorem in fideicommissis de jure requisitas, ut firmant Menoch. conf. 181. n. 8. Signorol. consil. 183. per tot. Antunez. de donat. Reg. lib. 2. cap. 16. n. 52. Capyc. Latr. decis. 150. n. 8. Rot. coram Carill. decis. 136. n. 2. coram Dunozett. jun. decis. 593. n. 1. & 4. & in recent. decis. 151. n. 29. par. 18. Quodque, probata adhuc filiatione, ea saltem ad prædictum effectum successione non relevaret utpotè profecta ex damnato Octavii concubitu habito cum Muliere conjugata Ruin. conf. 161. n. 30. & seq. Castill. contr. Jur. lib. 5. cap. 82. sub n. 14. Peregrin. de fideicom. art. 22. sub nu. 83. Torr. de Majorat. par. 1. cap. 28. nu. 69. Rot. coram Anfald. decis. 100. n. 16. & seq. In hac præsertim hypothesi, ubi agitur de fideicommissio à Contrahentibus reservato pro Cippo Domus, quod dicitur verbum civile Paleotr. de noth. & spur. cap. 19. n. 3. & seq. Garz. de Benefic. part. 7. cap. 25. Lotter. de re Benefic. lib. 2. quæst. 11. n. 141. Palm. allegat. 241. n. 22. Adde. ad Pamphil. decis. 37. n. 11. & Rota post Vivian. de Jure patr. decis. 46. n. 8. legitimos solum includens Vivian. de Jure patr. lib. 4. cap. 2. n. 65. & 66. Palm. sen. conf. 24. n. 1. Ruin. conf. 161. nu. 4. 30. & seq. lib. 2. De Luc. de linea legal. art. 2. sub n. 28. & Rota in Bononien. Fideicommissi de Mansonis 15. Aprilis 1701. à §. Nihilominus coram clar. mem. Card. Caprara, non verò naturales Lucidor. de illegit. cap. 13. n. 5. Mantie. de Conjectur. lib. 8. tit. 12. n. 21. Gusman. verit. Jur. verit. 5. per tot. Torr. de Majorat. Ital. par. 1. cap. 28. n. 68. & 69. & Rot. coram Buratt. dec. 520. nu. 1. Eoque minus Spurius, aliosque ex damnato coitu progenitos Peregrin. de Fideicom. art. 22. n. 82. Paleotr. de Noth. & Spur. cap. 48. n. 2. Spada conf. 31. n. 9. & seq. lib. 1. Castill. contr. Jur. lib. 5. cap. 82. sub n. 14. Rota coram Celso decis. 334. n. 10. & pluribus seqq. & coram bo. mem. Anfaldo dec. 100. nu. 18. & seq.

Respectu etenim filiationis præcisivè etiam à paternis tractatibus, & agnitionibus emissis in actibus

seriis, & proportionatis, objectum plene removebatur ea animadvertione, quod Sac. Auditorium illam approbaverat in dec. 357. n. 2. & seq. part. 18. recent. Quo stante filiationis status supponendus erat, donec in congrua ejusdem decisionis revisione ad statum dubietatis reduceretur juxta consuetum nostri Tribunalis stylum, de quo in decis. 142. n. 1. coram Otthobon. coram Cerro decis. 309. n. 5. coram Emerix jun. dec. 365. n. 5. & dec. 524. n. 2. & in Aesina Legitimæ 23. Januarii 1708. §. Magisque coram bo. mem. Omaña. Prætereaque cum Flaminia Alberitia, & Violantes de Gasparis originariæ Creditrices controversi Censur, pro quo modo agunt Alibrandi, in illius impositione promissionem ab Octavio acceptaverint consensus præstandi per Petrum Pierleonum de Magistris ejus filium naturalem pro quocumque suo jure &c. sicque ejusdem Petri filiationem agnoverint, hac præexistente agnitione, datum non erat Actoribus, impugnando id, quod eorum Auctrices semel admiserant, illam amplius in discrimen revocare Rota coram Bich. dec. 580. n. 15. & 16. in recent. decis. 141. n. 8. & dec. 164. n. 7. part. 11. in Ferrarien. Primogenituræ 10. Martii 1704. §. Quo verò coram Rmo Decano, & in Monasterien. Legitimitatis Partus 12. Martii 1708. §. Omnemque coram eod.

Quo verò ad prætensam incapacitatem succedendi Domini illud præliminariter ponderantes, quod fideicommissum per hæc verba explicatum :: quale volemo che sia del Ceppo della Casa nostra, e nostri Descendenti per linea masculina, come dispone il Testamento di M. Mariani &c. conditum dici debeat per verba merè naturalia, nam quidquid sit de verbis illis del Ceppo della Casa nostra, an scilicet ea sint legalia, juxta firmata ab autoritatibus superius citatis, an verò naturalia, ac naturale posteritatem denotantia, ut tenent Corneus conf. 273. n. 5. lib. 4. Modernus Romanus in suo Parergon. discept. Ecclesiast. n. 107. & Rota coram Cocchino dec. 1036. n. 9. & dec. 1666. n. 4. sanè quamcumque dubietatem sustulerant sequentia verba :: E nostri descendenti per linea masculina, quæ dubio procul naturalem denotant derivationem, & provenientiam Bart. in l. Tutelas n. 4. ff. de Capit. diminit. Angel. in l. Ex factio §. Si quis rogatus ff. ad Treb. Decian. respons. 3. n. 80. lib. 1. Rota apud Spad. conf. 35. lib. 2. & in recent. dec. 388. n. 7. part. 1. Adeò ut, vel declaraverint, quod disponentes Cippi denominationem usurpaverint in sensu naturali, & pro synonymis Cippum, & Descendentes per lineam masculinam acceperint Bart. in l. Pronunciatio §. Familia sub n. 5. ff. de verb. signif. Angel. in l. Ex factio §. Si quis il 2. n. ff. ad Trebell. Lotther. de re benefic. lib. 2. quæst. 10. n. 142. & Palm. Nep. alleg. 241. sub n. 24. vel saltem præcedentem dispositionem, ex sæpè dicto verbo Cippi, fortè restrictam ad eas Personas, quæ jura, & prærogativas familiæ, ac agnationis conservarent, ampliaverint, & novam, per posterius, latioreque favore omnium Descendentium adjecerint substitutionem, ut apposuit adnotarunt Corn. conf. 103. sub n. 3. lib. 4. Palm. Nep. allegat. 242. n. 7. Gob. conf. 9. n. 41. §. Non quidem, cum seq. & Rota post Constant. dec. 121. n. 8. & generaliter in similibus terminis tradiderunt Boreus conf. 83. sub n. 11. tom. 3. Giovagnon. conf. 89. n. 8. lib. 1. Peregrin. conf. 58. sub n. 2. & conf. 159. sub n. 4. lib. 5. Ruin. conf. 117. sub n. 16. & seq. lib. 2. Castill. contr. Jur. tom. 2. cap. 145. §. unico sub n. 19. Rota in recent. dec. 133. n. 32. & seq. par. 9. & coram Benincasa dec. 54. n. 8.

De facili inde prætensam incapacitatem neglexerunt, nam posita vocatione per verba naturalia, nihilque aliud ad effectum succedendi requirementia nisi naturalem sanguinis propagationem, Rebuff. in l. Pronunciatio vol. 2. ff. de verb. signif. Navar. conf. 4.

n. 1. & seq. de Jure patr. Cyriac. contr. 208. n. 1. & seq. Rot. in rec. dec. 130. n. 8. par. 3. & dec. 571. n. 3. & 4. par. 4. qua naturales æque potentiuntur, ac legitimi §. Si quis sanè Auth. quibus mod. nat. effie legit. Surd. de alim. tit. 1. qu. 10. sub n. 6. Cyriac. contr. 9. n. 2. & seq. Rot. in recent. dec. 262. n. 6. par. 8. Naturales ipsi dicuntur in eadem vocatione inclusi, juxta doctrinam Bart. in d. l. Pronunciatio §. Familia in fine ff. de verb. signif. quàm communiter sequuntur Mantie. de conjecl. lib. 11. tit. 9. n. 2. Lucidor. de illegit. Cleric. cap. 5. n. 52. & seq. Castill. contr. lib. 5. cap. 7. n. 72. Rot. in recent. dec. 388. n. 7. par. 1. dec. 262. n. 6. & seq. par. 8. post Vivian. de Jure patr. dec. 146. n. 5. & seq. post Constant. ad Statut. Urbis dec. 121. n. 7. & dec. 122. n. 3. coram Bich. dec. 73. n. 5. & seq. & coram Benincasa dec. 54. n. 3. & seq. Nullas inter eas constituenda est differentia, præter illam, quòd legitimi semper præferantur, naturales verò per posterius tantùm, & evacuata descendencia legitima successorem consequatur Trebell. in l. Ex factio §. Si quis rogatus n. 6. ff. ad Trebell. Corneus conf. 203. sub n. 3. lib. 4. Gratian. discept. 218. n. 5. Adde. ad dec. 262. n. 292. & seq. par. 8. Rota coram Achill. dec. 4. de Testam. n. 5. & 6. in recent. dec. 126. per tot. par. 1. & late in dd. decis. post Constantin. 121. n. 9. & 122. n. 8. & coram Benincasa d. dec. 54. n. 5. & 8.

Neque hic obstaculum potentius reddebatur ex nota generationis adulterinæ. Hæc enim gravior circumstantia magnam fortiebatur in factio dubietatem pro eo, quod Auctrices illorum de Alibrandis in superius relato Instrumento impositionis census Petrum recognoverunt in statu, & figura filii simpliciter naturalis; Unde idem Alibrandi, aut nunc minimè valeret dictam confessionem impugnare, ut supra probatum fuit §. Respectu enim; Aut saltem quatenus vellent dictam naturalitatem in deteriorem sensum exponere, demonstrare cogentur per probationes concludentes Petrum fuisse ex Matre adulterina susceptum Berrett. conf. 117. n. 2. & per tot. Surd. conf. 530. n. 2. & seq. Facchin. contr. Jur. lib. 3. cap. 63. per tot. cum aliis per Rot. post Tor. de pact. futur. success. dec. 84. n. 11. & seq. & in recent. dec. 42. n. 11. par. 19. Id quod non satis eruebatur ex confessione Octavii Parris emissâ in actu obtinendi legitimationem, nam licet ibidem dixerit ex ipso, & Muliere conjugata :: statim tamen superaddidit :: aut alias quomolibet genitus :: Unde ex vi alternativè quemcumque generationis modum includentis, ut apposuit advertunt Parisius conf. 58. n. 10. lib. 1. Andreol. contr. 150. n. 32. & 37. Cirocch. discept. 32. n. 9. Gobius consult. 9. n. 30. & 32. Rot. coram Cerro dec. 33. n. 7. & 8. & in recent. dec. 36. n. 4. & 5. par. 5. incerta adhuc remanebat nota adulterini concubitus, Mantie. 2. tacit. lib. 1. tit. 15. n. 6. Rota coram Bich. dec. 118. n. 12. coram Emer. jun. dec. 1338. n. 18. & in recent. dec. 536. n. 2. part. 18. tom. 2. Proindeque ad illius exclusionem adhuc urgebat confessio à Creditricibus emissâ, quod Petrus fuerit filius naturalis Octavii Gozzadin. conf. 11. n. 15. Cyriac. contr. 211. n. 19. Rota in recent. dec. 68. n. 11. & 12. part. 9. dec. 86. n. 18. part. 16. & in Monasterien. Legitimitatis Partus 12. Martii 1708. §. Omnemque dubitandi in fin. coram Reverendissimo Decano: Urgebatque etiam Juris præsumptio, quæ semper in mitione partem inclinans; ut ait Jurisconsultus in l. Celsus. ff. de arbit. in specie Solorzanus de Indiar. Guber. lib. 2. cap. 17. n. 42. ab hisce exosis natalibus libentius declinat, ut communiter testantur Boss. oper. moral. part. 2. tit. 1. §. 43. n. 551. & seq. Rovit. conf. 74. n. 1. tom. 2. Sanctarell. var. resol. part. 1. qu. 24. n. 20. & pluribus seqq. Torr. de Major. Ital. part. 1. cap. 28. n. 100. Capyc. Latr. dec. 14. n. 18. & seq. Rota post Torr.

de pact. futur. success. dec. 84. n. 22. in recent. decis. 307. n. 26. & seq. part. 16. & dec. 42. n. 11. part. 19.

Sed admisso etiam, quod probata diceretur filiatio ex Matre conjugata, non propterea inde subsumi poterat incapacitas succedendi in controverso fideicommissio; Quandoquidem ex lectura conventionis initæ inter fratres de Magistris anno 1527. constituit, Domum fideicommissariam, de qua agitur, subrogatam fuisse fideicommissio Mariani cujus documentum in direptione Urbis perierat; Indeque dictum fideicommissum reservatum extitisse pro Cippo Domus, & Descendentibus per lineam masculinam conforme dispone il Testamento di M. Mariano: Cum itaque idem fideicommissum originariè descendat ex providentia, & dispositione Mariani, qui juxta Arborem genealogicam fuerat Collateralis, non ascendens respectu Petri, prout quoque fuerant Julius, & Gentilis dictam Domum fideicommissio Mariani subrogantes, hinc ex infectione adulterina nulla peculiaris incapacitas exoriri valuit ne Petrus in dicto fideicommissio succederet, nam licet Spurius nati ex damnato coitu dici de jure nequeant invitati ad successiones fideicommissarias, ut firmant auctoritates in objecto allegatæ, id tamen procedit in respectu Parentis, aliorumque Ascendentium, cum quibus nulla contrahitur agnatio, nec admittitur mutua successio, non verò quoad Extraneos, & Collaterales, seu Transversales, quorum respectu nulla resistente juris prohibitione, etiam Spurius ca. 24 paces sunt successiones fideicommissarias, juxta gloss. communiter receptam in §. fin. Auth. quib. mod. nat. effie legit. quam sequuntur Molin. de Primog. lib. 1. tit. 16. n. 81. Lucidor. de illegit. Cleric. cap. 13. n. 1. Mart. de success. legal. part. 3. quæst. 6. art. 1. nu. 7. Rota part. 2. divers. decis. 170. n. 4. in recent. decis. 616. nu. 2. part. 4. tom. 2. decis. 171. nu. 31. & plenè post Constantin. ad Statut. Urb. decis. 121. nu. 1. & seq. & decis. 122. n. 2. & coram Benincasa decis. 54. num. 3. & seq.

Dataque congruitate dispositionis compositæ, ut hypothesi per verba merè naturalia, & ad quoscumque Posteriores referibilis, in qua propterea considerata non fuit vera, & legalis agnatio, sed nuda, & simplex descendencia Cyriac. contr. 209. n. 5. 25 Gratian. discept. 216. n. 20. & 21. Altograd. jun. consult. 38. n. 11. & seq. & n. 17. Rota post Constant. ad Stat. Urb. dicta decis. 121. n. 6. invitati dicuntur saltem post legitimos, veluti hi, qui respectivè ad naturalem provenientiam nihil differunt à legitimis, ut declarando contrarias auctoritates, quæ omnes loquuntur, & procedere possent in concursu legitimorum, non verò ad effectum inducendi expirationem fideicommissi probant Corn. consil. 103. sub n. 3. 26 lib. 4. Peregrin. conf. 58. sub n. 2. & conf. 159. sub n. 4. tom. 5. Ruin. conf. 117. n. 16. & seq. tom. 2. Gamm. decis. Lufitan. 167. n. 4. cum aliis per Rot. coram Bich. decis. 7. n. 10. in recent. decis. 133. n. 32. & seq. part. 9. post Constant. dicta decis. 121. n. 9. & decis. 122. n. 8. & seq. & coram Benincasa dicta decis. 54. n. 8. maximè si prout egit Petrus Familiæ cognomen, & splendorem conservarent Mart. de success. legal. part. 4. quæst. 27 21. art. 16. n. 19. & seq. Tiraquel. de nobil. cap. 15. n. 12. Castill. lib. 5. cap. 82. n. 50. Card. de Luc. de donat. disc. 62. n. 14. & seq. Palm. Nep. alleg. 241. n. 21. & seq. & Rot. coram Benincasa decis. 54. num. fin.

Petrus igitur jure proprio, & ex sola fideicommittentis voluntate consequi debuerat controversi fideicommissi successorem; Sed nihilominus omnis cessaverat difficultas ex vi, & efficacia legitimationis ad instantiam Octavii Patris reportatæ, per quam absterfa qualibet mascula damnatæ procreationis, Mantie. de conjeclur. lib. 8. tit. 12. nu. 22. 28